Quelle:
Copyright:

" optima et qualiter unaquaque ordinata sit et quibus
" legibus et consuetudinibus utens. dicamus ergo incipien-
" tes".

" Explicit liber Ethicorum".

De Aristotele vide Bayl Diction. historique et critiq. Fabric. loc. cit. pag. 104.

Cod. XLIV. deest

membran. Fol. Sec. 14.

1. H.G.

Rasis Abuberti / Scripta medica.

Abuberti, seu ut codex noster, Abubecri Rasis opera medica, ea Arabico in latinum idioma a Gerardo cremonensi translata. Ordo librorum est sequens: 1mo Decem libri ad Mansorem de re medica cum additionibus Gerardi cremonensis, quae lineis rubris in Ms. nostro cinguntur, et nonnullis aliis ab Anonymo quodam in margine appositis additamentis. Titulus est: "Abubecri rasis filii Zacarie liber in-
"cipit translatus a magistro girardo cremonensi
"in toleto de arabico in latinum. qui ab eo mansori
"us vocatus est. eo quod regis mansoris ysaac filii pre-
"cepto editus sit. Verba abubecri". Praefatio incipit.
" In hoc meo libro. regi cui vitam prolonget Deus. agre-
" gabo sumas et agregaciones et flores doctrine medici-
" nalis. et hoc faciam compendiose". Libro 4to, cap. 8. De significat. malor. praeced. in margine nota haben-
tur hae inscriptiones. Secreta ypocratis, in quarum fine legitur: Explicium inventa in capsa eb nect in se-
pulchro ypocratis.

Do Liber divisionum hoc titulo: "Liber divisionis trans-
"latus a magistro girardo cremonensi in toleto de arabi-
"co in latinum. Verba abubechri filii zachariae arazi".
" Incipit: Ventilata fuit in presentia cujusdam probi
viri". eh. Notandum hic, ea, quae in edit. Basil. 1544. a pag. 446. – 450. seu a dimidio cap. 85. – 92. sup. plera, et in prioribus editionibus plane omissa sunt,